Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

De 30 In quo ecclesia tyras agit de beneficio incarnacionis filij dei.

Ecclesia in persona sanctorum patrum prestolans aduentum xpristi ait

Expectans expectauj dominum;

Ego intimus et cum desiderio assidue dominum incarnandum qui solus saluare pt et ipse pro sua clementia intendit mihi implendo desiderium amoris mei mittendo xpm unde sequitur

Et exaudiuit preces meas xpristum mittendo quem abraham et eduxit me de lacu miserie infidelitatis et ignorancie quibus detinebar et luto fecis carnalis concupiscencie

Et statuit et firmauit supra petram xpm affectus meos et direxit actus meos ad uitam eternam

Et immisit in os meum canticum nouum no de vanitate non de turpibus sed de nouo et mirabilio diuine pietatis beneficio quod etas antea illa conspexit quod nouus homo attulit mundo nouus ergo ipsius noua cantat s. de incarnatione domini de resurrectione de ascensione et de alijs huiusmodi canticum dico carmen siue ymnum acceptabilem deo non ut iam non sonos turpes et theatrales cong—nam sed in dei viuentis ymnis p incarnacionem noui testamenti delectet

Videbunt multi ipsi posteri xpm annunciatum venisse quem priores expectabant videbunt etiam questiones mea; et timebunt dampnari si in infidelitate permanserint qui fisi in domino remissiones consequi petorum

Beatus vir cuius spes salutis sue est nomen domini qd est ihus qd interpretat saluator quia non est aliud nomen sub celo in quo oporteat nos saluos fieri et non respexit in vanitates infidelitatis et idolatrie gentilium